


BIOLOGICAL INSTITUTE  
EHN 130



50 | 1210  
F  
H  
H  
130  
+

A P P E N D I X  
A D  
F A S C I C U L U M  
R E R U M

Expetendarum & Fugiendarum,

Ab ORTHUINO GRATIO editum COLONIÆ A D. MD XXXV.

S I V E  
T O M U S S E C U N D U S

Scriptorum veterum ( Quorum pars magna nunc primum è MSS.  
Codicibus in lucem pròdit ) qui Ecclesiæ Rom. Errores & Abusus  
detegunt & damnant, necessitatemque REFORMATIONIS urgent.

Quorum omnium ratio in Præfatione ad Lectorem,  
FASCICULO præfixâ, redditur.

Operâ & Studio EDWARDI BROWN, Parochi  
*Sundrigie* in agro *Cantiano*.

S. Johan. 6. 12. *Congregati que disperserunt fragmenta, unquid percat.*

L O N D I N I,  
Impensis RICHARDI CHISWELL ad insigne *Rosæ*  
*Coronatæ* in Cœmeterio *S. Pauli*, MDCXC.

## E. B. Lectori candido Salutem.

**N**E C amici nec inimici deſunt *Johanni de Rupefciſſa*: ſi *Trihemis* credimus, vir erat nugax & vanus; ſi *Froſarde*, nobiliſſimo *Gallico*, æquali ſuo, vir erat pius & doctus, & in rerum eventu præſagiendo, ſpiritu prophætico indutus: aliqua utrique ratio. Qualis autem revera fuit, ex hiſce ejus ſcriptis facile tibi conſtabit. Famâ viri motus (ut à *Flacio Illyrico* in *Catalogo veſtium veritatis*, & *Illuſtri Domino Morneo*, in *myſterio iniquitatis*, celebratur) conſpectum mihi gratulari eorum que læſurus es; in quibus aliqua quidem probè & bene dicta reperies; aliqua verò garrulè & ineptè. Parum vel minimum prophætia mihi pollicitus ſum à monacho *Fraſciſcano*: Solidius tu & ego edocti ſumus, Lector, quam ut à *fraterculus* donum tam divinum expectemus: non quod Deus aſſurum mihi nequeat aut nolit res futuras hominibus fanaticis & infanis patefacere; cum vel ipſi *Balaam* pseudoprophætæ aliqua dignus ſit inſpirare, que Eccleſiæ ſur poſtea magno fuerunt uſui; ſed quod hominibus ſuperſtitioſis & in *papæ* tenebris & erroribus verſatis, non adeo probabile ſit Numen divinum tam ſoleni modo aduſſe, ut prophætæ ſui evaderent. Res eſt maximi momenti prophætia, & nihil apud homines unquam exitiſ illuſtrius vel præſtantius quam commercium illud coeleſte, quo divinitus erant donati *Prophætæ* Veteris & Novi Teſtamenti; cujus ne ultima quidem pars (ut mihi videtur) in *monachis* & illuſtrioſiſſimiſ homines poteſt cadere, niſi uno eodemque luminis icu, eorum quoque cultus & religionis vanitatem & improbitatem ſimul arguat, eoſque aliò quam ad *Papæ* mentem ducat. Non omnis qui futura prænunciat, prophætæ ſtatim cenſendus eſt: fieri enim poteſt ( præter certas artis aſtronomiæ regulas, quibus ex motu & conjunctione ſyderum, ſolis lunæque Eclipſes monſtrantur) ut homines ſobrii & providi & ſapientes, qui rerum momenta ſagaciter perpendunt, & quò tendunt & quid paritura ſunt mundi negotia, indagine ingenioſa ſpeculantur, exitus & eventus eorum longè poſſint diſcernere & præſpicere; idque multo clariùs quam qui rebus præſentibus ſolum intenti, nullam futurarum proſpectum adhibent. *Johannes* hic de *Rupefciſſa* mira quidem prædixit, & multum ſibi nominis conciliavit apud ſui ævi homines ex opinione vaticini: loquitur nonnunquam, ut hominem decet pium & gravem; ex vitioſiſſimis cleri moribus, Eccleſiam fore caſtigandam ſignificavit; ſed hæc facile autumantur ex ipſius rei natura. Si aliqua fortè denunciavit que à communi hominum cognitione fuerunt abſcondita; neſcio an ea conjecturâ ſua foelice, an ex inſtinctu impulſive ſuperiore proderit. Inſitus eſt menti bonæ calor quidem divinus, qui quanto ad Deum promptior eſt, tanto ab eo fovetur magis; & aliquando contingit ut homines boni & prudentes ea mente concipiant de rebus futuris, ex ope divina, que nulli alii niſi Numini coeleſti accepta referenda ſunt. Etiam aliqua ſunt non contemnenda in *Joaſhimo*, *Brigitæ*, *Hildegarde*, *Malachia Hibernico* & *Methuſa*, & multis aliis qui prophætula habentur. Laudo hunc hominem, cum S. Scripturam ſtatuit vaticiniorum ſuorum fundamentum: Sed dum ex ſcripturâ eruit res ei contrarias, eaſque male applicat, tuar eum, Lector, cenſuræ caſtigandam relinquo. Ut preces B. *Virginæ Mariæ* funderentur, in auxilium *Chriſtianorum*; ut Imperator quidam *Romanus* fieret *antichriſtus occidentalis*; ut *papa* aliquis illi ævo proximus orbem repararet & omnia virtutum genera inſtauraret; ut duo *Cordelarii fratres* collapſum mundum reſtituerent, & neſcio quot alia ejusdem farinae; hæc hominis deliramenta ridenda ſunt, & *ſtyſſo monachali* tribuenda, omni ſutilitate ſutiliora. Hæc autem, qualiſcumque demum ſunt, tranſcripti ex *Faſciculo Guili. Craſtiacii* (de quo antea) partim ſui ipſius, partim *amanuenſis* cujuſdam illuſtratiſſimi (cui omnes, quotquot ſunt, errores debentur) manu ſcripto: unde ea collegit *Craſtiacius*, neſcio equidem: nec multum refert: primo intuitu vides quid in eis laude, quidque vituperio dignum; & quouſque *monachus* alium ſapienter deſpuit. Eum verò ſi prophetam agnoſcas, pari ratione me quoque talem potes appellare: qui tibi *Apoſtolum* Jeſuitis, peſtilentiſſimis Republicæ hoſtibus, & monachis inſulſis liberatam in brevi ſpondeo, ne res eis ad reſtum redigatur. Vale.

\* Vide *Catalog. veſtium Veritatis*, col. 1726. &c.

## COPIA PROPHETIÆ FRATRIS

Johannis de Rupescissa, Ordinis fratrum minorum provincie Aquitanie, custodis Rutbenensis ac Causidici Aureliaci, in Romana curia Avenione capti in carcere domini Papæ Clementis VI. Pontificatus sui anno 8. qui Carcer vocatur Carcer Soldan, in mense Novembris, Anno ab Incarnatione Domini MCCC XLIX.

**V**OS misistis ad me hanc schedulam, salvo honore vestro, ad maximam blasphemiam Dei; quia solus Deus potest ista quæ hic continentur infallibiliter scire: Ego autem sum vilis & abominabilis peccator; & illa quæ ego dico de futuro, non dico de capite meo, nec ut propheta, sed tamen per intelligentiam prophetarum. Quare, domine, desideratis quærere à me aut à quocunque homine, quod est in solius Dei potestate, pro certo & infallibiliter scire?

Quod autem quæritis de bellis aut ..... durabunt & crescent usque ad coelum, & adhuc quicquid vidimus, est quasi nihil; quia necessarium est totum seculi statum mutari & citò tyrannia ubique regnabit; multi potentes & nobiles cadent & per communitates occidentur & deicientur à dignitatibus suis: infideles regna *Latinorum* invadent, & durities flagelli *Anglicorum* amplius ingravabitur, donec omnis regni pars sit percussa: & sunt pluraquam xx. anni, antequam hodiernæ guerra inceperunt, quod ista publice prædicabam, sed stultus reputabar & demens.

De redditibus Ecclesiasticis hoc vobis notum sit, quod omnis perdetur in brevi, quia populi plures terrarum viros Ecclesiasticos spoliabunt à temporalibus rebus, ira quod vix habeant victum suum. Curia Romana fugiet à civitate *Avenionensi* peccatrice, & non erit ubi nunc est. Antequam compleantur VI. anni ab isto anno præsentis M. CCC. L. VI. tota superbia Clericorum concludetur in luto, & tota orbis pravitas destruetur: omnis homo præ timore malorum propinquorum lugebit, ac prævalebunt prædones; sed postmodum deprædabuntur & ipsi: mulierum superbia & status marcescet; plures defraudabuntur & viduæ tristissimæ relinquentur.

Civitas deliciarum convertetur in luctum, & orbis avaritia semetipsum consumet; sed post tribulationes innumeras transactas scandalis in Christianitate propinquis, misericordia veniet ad desolatam gentem, quia unus Anglus vicarius Christi, qui sciet omnes voluntates ejus, qui universos Ecclesiasticos reducet ad modum vivendi Christi & Apostolorum ejus, universa fere scelera extirpabit, omnes virtutes Evangelicas feminabit in mundo, Judæos convertet plurimos, destruet Saracenos, Tartaros converteret, Turcos autem destruet, nolentes coverti ad Christum; totus orbis sub ipso pacificabitur & pax fere mille annis durabit. Et ideo ab hoc tempore & ultra, mala crescent in mundo; princeps magnus lugebit, Rex induetur in moerore, manus populi dissolventur, donec mittatur iste Christi vicarius futurus & totius destructi seculi reformator. Felix orabit pro illo ut citò veniat; sed tamen interim orator poenitentiam agat. Salvabuntur omnes qui fugerint ad montes, quia vindicta Domini generaliter & specialiter super omnes fideles. Igitur prænominati in schedula, si in pace bene morantur, & cito ne videant tot mala, & ad quos eorum hæreditates devolvantur non curant, quoniam qui acquirit non possidebit; & qui possidet, quicquid possidet non tenebit; quia rota fortunæ jam venit ad casum antedictum.

\* Hic fortasse incipit Revelaciones authoris ad Cardinalem Hostensem. Vide authores citatos initio præfationis.

\* Reverendissime pater & domine charissime, quia vestra Paternitas mihi mandavit quod interdum deberem vobis scribere, & quamvis ego peccator maximus sum, & magis deberem flere quam scribere, maxime illo seibili tempore, tamen licet sum pulvis & cinis, loquar ad dominum meum. Et quia vos essis unus desiderosus ad exemplum Danielis desiderantis scire quæ dicuntur per nonnullos Dominum timentes & mundum contemntes, quæ etiam sunt dicta per aliquos Christi amicos & eis manifesta dum vivebant, ante mortalitatem, qui etiam prædixerunt mortalitatem prædictam: dicunt enim quod

quod peccatis nostris exigentibus suscipiantur & credunt quod de proximo erunt tribulationes, & suscipiantur quod mortes subitanæ & sanguinis effusio, quia per mortalitatem prædictam & propter alias tribulationes seu persecutiones non sumus emendati, sed facti sumus pejores quam antea fuimus & respicimus disciplinam; induravimus enim facies nostras & nolimus reverti & sunt multiplicata in terris mala, tam in Præfidentibus quam in populo. Et ista dicunt provenire ex culpa Præfidentium in Ecclesia Dei, qui relinquunt gregem suum & pascunt seipfos, quærentes quæ sua sunt, & non quæ Christi sunt; qui derelicta non visitant, dispersum non quærunt, contritum non sanant & carnes pingues comedunt: de quibus, ut dicant, loquitur Propheta dicens, *Congregamini super montes Samaria, videte insanias multas in medio ejus, & calumniam patientes in pœnæ tribus ejus, & nescierunt facere rectum, obscurizantes iniquitatem & rapinam in diebus suis, & ideo tribulabitur & circumietur terra, & detrahetur sustinuitudo ejus, & diripientur adesi, & amputabuntur cornua Altaris & cadent in terram & percutietur domus hyemalis cum domo sivea & peribunt domus ebrietas & dissipabuntur adesi multa [Amos 3. 9, 10, 11, 14, 15].*

Et suscipiantur aliqui Deum timentes quod cito verificetur illud quod dixit *Jeremias*, *Ascende leo de cubili suo, & prædo gentium se levabit & ponet terram in desolatione, civitates vastabuntur, remanentes absque habitatore; in illa peribit cor Regis & cor Principum, & obfuscescent sacerdotes & confornabuntur, [cap. 4. 7, 9.]*

Et si prædictæ ruinae veniant, hoc proveniet ex culpa sacerdotum, qui non curant vigilare super gregem suum, sed absentant se ab Ecclesiis suis & dantur in ruinam: Et prout fuit revelatum aliquibus ante mortalitatem, beatus qui poterit tolerare hanc tribulationem; & multi plangent se quia non decesserunt ante mortalitatem, vel cum aliis in mortalitate. Et dixerunt etiam quod summè recurendum esset ad devotas orationes cum lachrymis & jejuniis & aliis multis poenitentis, sicut fecerunt illi, *Josaphat & Nimsita & Hester & Judib & beatus Gregorius & plures alii sancti; & maxime ad beatam Virginem Mariam*, quæ (ut dicunt aliqui) prædicta monstravit in visione ante mortalitatem: & quod vita Præfidentium & status & præcipue clericorum revocaretur per humilitates, amovendo fastus, carnalitates & cupiditates, quibus mundus maculatur; quia ex ipsis scilicet clericis perdentur anime secularium; & corda eorum deberent convertere ad se, ut postularem indulgentiam cum lachrymis, quod secundum voluntatem suam faciat nobiscum misericordiam suam, & sic de humilitate nostrâ possemus gloriari: & si prædicta ordinarent Præsidentes in Ecclesia Dei, securam possemus obtinere consolationem in tribulationibus quæ cito inventient nos, nisi præoccupemus faciem Dei in conversione & in . . . . Insuper sciatis, Pater Reverende, quod propter impositionem decimarum & visitationum, orationes quæ debent fieri per clericum & præfidentes in Ecclesia Dei pro populo, convertuntur in maledictiones & lamentationes & maxime contra illos qui talia imposuerunt; quia tanta est paupertas in clero quod onera non possunt supportare; & multa inde inconvenientia sequuntur & sequentur in futurum, quia Ecclesiæ non deserviant, sacramenta non ministrantur, ædificia corrumpunt, & populus qui deberet trahi ad devotionem, trahitur ad indignationem; & dicunt quod non dabant decimas, quia eis subtrahuntur capellani & alii Ecclesiæ servitores: & ista non sunt provocantia misericordiam, sed potius iram Dei excitantia; quia scriptum est, *Propter miseriam iniqui & genitum pauperum, nunc exortam dicit Dominus, [Psal. 12. 6.]*

Et quia prætextu guerrarum prædictarum sunt imposita, utinam reducerentur ad mentem verba quæ ego audi vi a domino Benedicto sanctæ memoriæ super factis guerrarum, quod nunquam fuit intentionis faciendi guerras, etiam pro patrimonio Ecclesiæ, nisi cum armis spiritualibus: & dicebat etiam quod guerræ quæ fuerint factæ per Ecclesiam, vel fierent in futurum, fortientur tristem effectum; & quod plus confidebat orationibus & lachrymis quam impositionibus decimarum & visitationum, & ideo nunquam voluit talia concedere, sed cunctos ab omni gravamine conservabat: tamen dicta & facta sua, & epliarum aliorum Deum timentium, reputantur phantastica & conversi sunt in cantica & musicum carmen: Sed providet Jesus Christus, prout expedit, saluti animarum. Prædicta, Pater Reverende, non scribo ex præsumptione, sed ex charitatis fervore: Et quia Deus vos fecit unam de columnis majoribus in Ecclesia sua, cogitatis si in præmissis poteritis proficere, nec cessetis loqui, & in festis opportune & imporrune pro salute & bono regimine Ecclesiæ Dei dum adhuc tempus habetis; quia quantumvis vos & filii modo *sitis sicut dii ætherei*, tamen cogitatis quod *omnes morientur & sicut unus de principibus cadetis*, & tunc non erit locus bona agendi, sed mercedem recipiendi.

Parcat mihi vestra Paternitas, & si sunt aliqua minus bene dicta, corrigat zelus vestrae charitatis, & me filium suum in suis orationibus participem faciat, & mihi suo pauperulo oratori præcipiat: & prædicta hic notata non occultata sunt amatoribus Jesu Christi, maximè domino meo, domino *Petagoricensi*, nec manifestanda amatoribus lujus mundi. *Jesu Christi* qui est fons charitatis, infundat in vobis suam gratiam & omnibus in Ecclesiâ suâ sanctâ. Amen.

## EJUSDEM JOHANNIS DE RUPESCISSA liber inscriptus, *Vade mecum in tribulatione.*

In nomine Domini nostri *Jesu Christi*. Amen.

Incipit liber qui dicitur *Vade mecum in tribulatione*; & prima Epistola propheticalis, ex modulo Evangelicæ Charitatis.

**J**ohanni dilectissimo patri suo in Christo *Jesu Domino nostro*, fratri *Petro magistro Ordinis fratrum minorum*, pauper incarceratus frater *Johannes de Rupescissa*, ejusdem Ordinis; petita per vos in *Avenione de futuris eventibus* & per me vobis promissa, cum laude Domini nostri *Jesu Christi*, recipite, & cum perfecta plenitudine iter rectum ad caelestem patriam preparate.

Noscat, Pater, firmiter vestra paternitas, licet in curia *Romana* omni volenti audire denunciavi terribiles eventus futuros in proximo in universo mundo, me non esse prophetam missum à Domino per verbum *Hac dicit Dominus Deus*, cujusmodi fuerunt *Esaias*, *Jeremias* & *Ezechiel* ac XII. sanctissimi prophetæ; sed sicut in capitulo nono, sicut intellexi numerum annorum, de quo factus est Sermo Domini ad *Jeremiam* prophetam, ut complerentur desolationes *Jerusalem* LXX. annis: sic enim contulit mihi indignissimo intelligentiam spiritus propheticalium Scripturarum Dominus *Jesu Christi* ad intelligendum inferius describenda, quæ instant in annis, sicut certa experientia declarabit non utrumque, sed probationibus certissimis scripturarum sacrarum propheticalium arcanorum: voluit enim Deus me venire cum probatione manifeste ad clericos, ne auditis validis probationibus, aliquam de non agenda poenitentia Excusationem haberent. Cum enim de Scripturâ sacrâ certissimæ probationes sumantur in confirmatione certissimorum eventuum futurorum, cum determinatione & infallibili tabulatione terminorum certorum & expressorum annorum, certior sit talis denunciatio quam per miracula & signa, potissimè in facie tanti cleri ac talis; quoniam, sicut habetur in Evangelio, excæcati homines *Pharisæi* de dignissimis fide Christi miraculis dicebant, *In Bethsai principe Legionariorum eiecit demonia*.

Ego quidem in hac Epistolâ non possum vobis loqui cum probatione certissimâ, sed tantum narrativè; tum causa brevitas, tum quia non habeo opportunitatem tam prolixè scribendi, tum quia in libris aliis, ex quibus traxi hunc librunculum, de inferius dicendis ad plenam comprobationem tractavi, potissimè in libris 4. *De speculis temporum*, & *De revelationibus arcanorum Scripturæ Sacræ*, & in volumine magno & intitulo, *Ostenso quod adesse festinant tempora*, & in aliis extra illos; & ob hoc in isto loco narrative cum manifesta comprobatione procedam: & scribo vobis ista non ad celandum & claudendum sub modico obscuro, sed ad innotescendum fratribus quibuscunque devotis & dignis fugere typhonicam de scelesti turbatione paratam, volentibus poenitere perfecte, & orare ut digni habeantur misericorditer reservari à facie gladii præparati ad eradicandum sceleratos peccatores de terrâ.

Ista etiam non latent, me dicere Rectores summos orbis terrarum, supremos Dominos Ecclesiæ generalis: quoniam librum præfatum, qui intulatur, *Ostenso quod adesse festinant tempora*, direxi Reverendissimo in Christo patri Domino meo, domino *Petagoricensi*, Procuratori ordinis nostri ac etiam correctori: cujus vidit unam partem antequam recederet de curia *Romana* ad legationem ad quam profectus est; potissimè super causâ futuræ tunc, nunc (heu dolor!) captionis præteritæ domini nostri Regis; quem utinam citò liberet Deus cum manu potenti & brachio extenso de manibus inimicorum suorum: & pro certo hoc anno, ante casum præfatum Domini nostri Regis & exercitus

\* Claudicat hic *Grathavi* liber.

\* Recensio scriptorum aliquot prophetiarum Johannis de Rupescissa.

citatus ejus, in carcere accessisset ad me, in mentis multas fabulationes vobiscum habui de casu terribili potentia: & imperii Principis \* Galliarum, & expressi (si bene recorder) unde certissima demonstratione probaretur ex divina scriptura. Ego quidem, mi pater, nolo quod vos aut quisquam hominum adhibeat fidem dictis meis, nisi in quantum oculata experientia demonstrabit ad sensum, quoniam ea quae denuncio erunt immobiliter vera, aut Domino aliter disponente non evenient sicut evenire praedixi: Si enim eveniant immobiliter, pro certo multum erit orbis culpabilis coram Deo, qui tam caecè meam veram denunciationem contemnit; si autem non eveniant flagella gravia inferius describenda, hoc erat hoc quod ego quero, videlicet, ut sententia durissima egressa, in forma fulguris & ignis, à facie Antiqui aeternum & ad iram Agni sedentis super thronum, per poenitentiam revocetur, sicut Ninive, & ego confusus & iratus remaneam sicut Jonas. Annon legistis Michaeam prophetam dicentem, Urinam essem homo non habens Spiritum, & mendaciam patris loquerer? Gaudeo de reparatione futura, sed contristor de imminente praefura universi populi Christiani durissima, qualis nunquam fuit ab origine mundi, nec postea futura est unquam usque ad finem orbis.

Opusculum autem istud volo vocari [*Vade mecum in tribulatione*] quia habens spiritum, à periculis instantibus, si dignus inventus fuerit, poterit praecavere, & se & alios dirigere in agendis: nec praestet vobis impedimentum si clamer i. e. dicar à multis mundi sapientibus insanus, phantasticus & delirus: sed mementote quod non sum melior Jeremia propheta, qui denunciavit casum Jerusalem, missus est velut blasphemus & arreptus in carcerem conclusus, & in lacum lutosum ad extremum coniectus; & de Domino Jesu dicebant, Samaritanus es tu & demonium habes: hoc est, haereticus es tu; & omnes quotquot missi fuerunt à Domino, tribulationes & solennes impugnationes passi sunt: nam verbum egregii doctoris Gregorii in quadam homilia dicentis, *Exhibita praeteritorum certitudo est futurorum*, adhaerentiam multam facit, ut verba mea audientibus terrorem & formidinem praestet: primo, quia casum Regis & ejus exercitus, antequam eveniret, clarè descripsi, sicut ex praefato libro [*Offensio quod adesse festinavit tempora*] manifestè habetur. Secundo, quia anno Domini M. CCC. XLIX, qui fuit primus annus adventus mei ad Curiam, ad denunciandum & dicendum, à quo jam VII. anni confluerunt, palam denunciavi per intelligentiam prophetarum Scripturarum, quod cum filius Alphonsi, tunc Regis Castella, sc. hodiernus Rex Petrus compleret in aetate XXI. annum, quem complevit in A. D. M. CCC. LV. anni scilicet immediatè jam praeterito, tanta tribulatio Hispanos arripere, ut putarent Hispani finem saeculi advenisse. Quam denunciationem concipsi tunc in Apocalypsis libro, aspectorum septem verborum arcinorum in verbo Dei experientia auctore, docet heu! dolor & gemitus in his duobus annis praenotatis totam ad plenum denunciationem completam, cum sint in Hispania per bella & dissensiones contractae vires usque ad plures fines ejus & fautores eorum, & in melioribus regnis eorum non putatur tertia pars populi remansisse. Tertio, quia nepoti meo, magistro Anselmo, per Dei revelationem denunciavi, cum requireret per literam si beatæ Mariae Aureliani Ecclesiam obtineret, quis suum prosequeretur, & de carceribus Romanorum sibi per literam manu meâ descriptam, feci, & declarationem praedictam per multam verificationem mearum denunciationum per ea quae evenerunt, declaravi in quodam libello quem intulavi [*Ut non erubescant detractoribus laudatores*]. Nam & stupenda concussio cordium multorum accidit his diebus, quando viderant corruisse Regem & exercitum ejus, & espavescentes dixerunt, multum timendum est ut sicut casus praedictus per illum miserrimum inaccusatum evenit certissime, ita caetera ad plenum eveniant, quae praedicta.

Suscipite igitur munusculum illud cum honore Christi & gloria ejus; quia ad intendendam orationem, ad agendam poenitentiam, ad praevidendam futura praeparata, ad praevendum à periculis & ad vitandum errores, ad cognoscendum seductores propinquos, ad aperiendum oculos mentis, ad fugiendum varios laqueos, ad quaerendum loca opportuna pro fugâ ventura & ad providendum de victualibus pro toto tempore tribulationis, ad illuminandum fideles simplices & ad ipsos stimulandam, & ad eos retrahendum à malis & praevendum à tribulationibus, notabiliter prodest per internam cooperationem gratiae Jesu Christi.

Conficitur interea libuncululus iste ex *Intentionibus* viginis.

*Intentio* autem prima dicitur esse in tribulationibus inchoatis, & de gradu in gradum agendis, totum saeculum in unam fidem catholicam Ecclesiae generalis rectè sub obedientia unci Romani summi pontificis, in uno ovili Dominico per totam mundi machinam

\* fort. Walli-  
orm: sc.  
Edwardi, qui  
Johannem  
Regem Gallie  
abduxit hinc  
captivum.



nam congregare, convertere *Judeos, Saracenos, Turcas, Tartaros, & Graecos* ad unitatem generalis Ecclesiae reducere, & schismaticos omnes, haereticos uniuersos & omnes prauos *Christianos* in omnibus sceleribus induratos extirpare de terra; cum citius coelum periret & terra vertetur in nihilum quam excideret: *Joh. X. Alias oves habeo quae non sunt ex hoc ovili, & illas oportet me adducere, & fiet unum ovile & unus pastor*: Quum, sicut patens experientia docet, nunc praedicatorum in tota *Asia* majori & uniuersa *Africa* subuersi sunt praeter *Petri* praedicationem, pro cuius fide *Christus* (Luc. 22.) ne perderetur oravit: sancti aurem *Apostoli* cum piissima *Virgine*, gloriosam *Mariam*, incessanter instantissime orant ut repararentur praedicationes quae per maximam negligentiam pigrorum praelatorum extinctae sunt, sicut eleganter exprimit *Augustinus* doctissimus in homilia 313 annorum, & antequam perveniat mundus ad annum Dom. M. CCC. LXX. volo dicere, antequam suant XIII ab isto anno Domini, anno M. CCC. LVI. quem perfecimus nunc, erit notabiliter praedicta orbis recuperatio inchoata, & patebit ad oculum verum esse quod dico.

† Aliquid de  
est, vel vni-  
the scribitur.

*Intentio secunda* est uniuersum clerum ac dominos supremos, dominas summis & uniuersae Ecclesiae papas & cardinales, patriarchas, primates, archiepiscopos & episcopos cum subditis clericis eiusdem, reducere ad modum vivendi sanctissimum *Christi* & *Apostolorum* sanctorum; quoniam impossibile foret Ecclesiae aliter recuperare praefatum seculum perditum & execratum; quoniam impossibile foret infidelium populorum, *Judeorum, Tartarorum, Saracenorum & Turcarum* ad *Christi* religionem repugnantem carnem & sanguinem reducere, nisi per viros spiritualissimos, legem spiritualissimam *Christi* non tam verbo quam opere praedicantes: si enim Praelati Ecclesiae incederent ad praedicandam paupertatem *Christi* cum 200. vel 300. equis, sicut nonnulli ex eis hodie incedunt; & ad praedicandam *Christi* humilitatem stabulariam cum militibus & scutariis, & pompa tanta ac tali; & ad injungendum *Christi* castitatem cum ribaldis, quorum fluxus luxuriae hodie est sicut fluxus equorum, & sic de singulis virtutibus; talibus utique praedicatoribus dicerent infideles illud Evangelii, *Vade ecce, videre & cura teipsum*. Quare omnino necesse est, ad reparationem mundi, modum vivendi *Christi* & *Apostolorum* suorum inchoari a summis & omnibus praelatis Ecclesiae generaliter; ut verificetur propheta *Isaia* propheta, cap. 1. dicentis, *Convertam manum meam ad te, & excipiam ad parum scruam tuam, & auferam animum flammam tuam; & restituum iudicem tuum ut fuerum prius, & consiliarios tuos sicut antiquitus: post haec vocaberis civitas Iusti, urbs fidelis: cum enim vivent in proximo praelati summi sanctae Ecclesiae juxta regulas vitae *Christi* & *Apostolorum* Matt. cap. 10. tunc erunt idonei ad convertendum orbem. Et ad hunc modum vivendi reducitur cum flagellis durissimis, viz. infra A. D. M. CCC. LXX. praelibatum, prout inferius clarius distinguemus: quoniam necesse est praecedere reparationem Ecclesiasticorum virorum conversionem orbis, sicut causa praecedit effectum.*

*Intentio tertia* est de graduum futurorum ordine, effectu & fine: supra enim omnem aestimationem humanam pondus instantium flagellorum super clerum vertetur, in tantum ut hac vice periret uniuersalis Ecclesia, nisi quia perire non potest; *Christo* Domino orante pro ea; licet graviter fluctuabit pro certo, ita ut multi aestiment *Christiani* aliquando penitus suffocatum: de hac tribulatione prophetavit expressè beatus *Petrus* in Epistola prima, cap. 4. *Tempus est ut incipiat iudicium a Domo Dei: si autem primum a nobis, quia finis eorum qui non credunt Dei Evangelio!* Et si vultis capere verba mysterii, legatis cum intellectu in *Ezechielis* cap. 9. ubi viris interpretatoribus per concordiam ad prophetiam *Petri* dicit, *A sanctuario meo incipite*, &c. & totum capitulum, de verbo ad verbum ad propositum tribulationis propinqua super sanctuarium Domini diligenter notate; quia profectio qualis ibi describitur, veniet nunc super clerum & populum *Christianum*. Fiet quidem super clerum persecutio memorata, ideo quia maxima pars ejus indurata est in superbia, *Christo* detestabili, in divitiis & avaritia, in cultu *Beli* galosi & *Veneris*, intantum quod citius multi ex iis subirent, sicut subibunt, gratis infernum horrendum, quam redirent ad sanctam *Christi* vitam & *Apostolorum*, & se disponerent ad convertendum orbem: & ideo quidam digni morte ex clericis dabuntur in fatietatem oris gladii sribundi crudelium tyrannorum; alii erunt in cibum ignis; alii claudibus variis succidentur fame, & peste & variis flagellis: qui autem flagellati, juxta verbum *Isaia*, recipiunt intellectum, cum sanctis praelatis pro semine servabuntur a Domino: & haec omnia fient ante annum M. CCC. LXX. praebatum.

*Intentio quarta* est certissima quotta anni & diei, infra quem fugiet Curia Romana de hac peccatrice *Avenione*; unde firmiter teneatis, intantum subito tribulationes excreſcere in univerſo mundo, ut infra Annum Domini M. CCC. LXII. & diem 15. mensis *Julii* ejuſdem anni, fugient Cardinales de amoenâ requie *Avenionis* hujus à facie tribulationis prævalida; & ecce lætabuntur cum ſecuram requiem poterunt invenire ad manendam. Hæc intelligatis quod tantum tardetur fuga; ſed hoc eſt certum quod fiet infra terminum præſentium aut citius; quum à præſata fugâ & ultra diſponentur generalis Eccleſiæ Præſidentes ſupremi, papa, cardinales & Epilcopi in purgationem prædictam & ad reductionem vitæ Domini noſtri *Jeſu Chriſti*, ut aſpiciantur, qui à tribulatione erunt reſidui, ad convertendum orbem infidelem ad *Chriſtum*. Et quia præſatus terminus non diſtat ab anno in quo ſumus niſi per V. annos & ſemis, præſata fuga tenet ſolenne præſentium præſupendorum eventuum, futurorum poſt ipſum. Eſt ergo ſummâ diligentia per fideles notandum, tanquam hoſtilium ſecretorum ſolenne caput, an rufificabitur, & ſtilla roſis tepidi innocencium pauperum exquiretur.

*Intentio quinta* eſt in aperiçione futurorum horribilium eventuum ab anno Domini M. CCC. LX. uſque ad annum LXV. quoniam ab anno Domini M. CCC. LX. & ultra per V. annos continuos, erunt in mundo novitates horrendæ: primò vermes terræ tantam fortitudinem & inimicitiam induent, ut crudeliſſimè devorent omnes ferè leones, urſos, leopardos ac lupos; alaudæ & merula, ululæ, aves rapaces, falcones & accipitres lætæbunt: hoc enim eſt neceſſarium, ut impleatur vaticinium *Iſaia* cap. 33. proclamantis, *Va, qui præſeris, nonne & ipſe prædaberis? & qui ſpernis, non ſperneris?* Conſurget enim infra illos V. annos juſticia popularis, & tyrannos proditores nobiles in ore dis-acuti gladii devorabit, & cadent multi principum & nobilium & potentium à dignitatibus ſuis & à gloria divitiarum ſuarum; & fiet afflictio in nobilibus ultra quam credi poſſit, & rapientur majores, qui cum prodicionibus depradati fecerant populum tam afflictum. *Secundò*, antequam veniamus ad annum M. CCC. LXV. apparebit publicè *orientalis antichriſtus*, cujus diſcipuli in partibus *Hierofolymitanis* publicè prædicabunt cum falſis ſignis & portentis in omni ſeductione erroris. *Tertiò*, infra illos V. annos, ſcilicet ab anno Domini M. CCC. LX. uſque ad annum LXV. abundabunt terribiles clades ultra omnem æſtimationem humanam; tempeſtates de coelis; & aliæ nunquam viâ diluvia aquatica, inandita in multis partibus orbis ( præter diluvium generale ) fames graviffima ſupra modum; peſtilentiæ & mortalitates; gutturum ſquantiæ & aliæ apoſtematicæ paſſiones; quibus plagis interficietur maxima pars prave generationis præſentis, ut renoveur orbis, & reprobi indurati deleantur de mundo, ad unitatem fidei catholice redocendam. *Quartò*, in præſatis V. annis tanta perditio abundabit tam contra dominos majores, quam ad invicem inter pares, ut ſit foelix qui in diebus illis fidelem ſervum aut ſocium poterit invenire. *Quintò*, infra illos V. annos præſatos excæcati *Judei* ſequentur ſuum falſum *Meſſiam* & plagam maximam inferent populo *Chriſtiano*. *Sextò*, deſtinentur in multis partibus Eccleſiæ, & altaria ſubvertentur. *Septimò*, fiet horribilis apoſtaſia à fide, ita ut vix de decem remaneat unus verus in fide, quoniam tunc implebitur illud verbum *Chriſti*, *Matt. 24. mittetur in terram, ſi ſeri poteſt, & clauſi*. Et ab his VII. lector intelligens alia infinita per neceſſariam conſequentiam inferre poterit; quæ inexplicata, cauſa brevitatibus, reſinquo.

*Intentio ſexta* eſt intelligere medullam futurorum in anno præſenti M. CCC. LVI. & immediate futura VII. VIII. IX. quoniam his annis quos percurrit mundus antequam incipiat annus Domini M. CCC. LX. qui eſt primus de V. in *Intentione quinta* immediate præmiſſa, diſponunt ſe ad fugam Principes Eccleſiæ generalis de hac peccatrice *Avenione* & ad VII. præmiſſa in V. annis in *quinta Intentione* præterita; quoniam incluiſſimi atque Chriſtianiffimi Principis Regis noſtri *Francorum* ac \* deliberationem adventum Imperii *Gabrielis*, qui multum heu! In hoc anno excrevit, ut dolentes cernitis, præcedere debet fugam Eccleſiæ de *Avenione* & antichriſti propinqui pro eo: quod li robur *Chriſtianiffimi* Imperii *Francorum* duraret in vigore priſtino, nunquam poſſent aſſiligi viâ Eccleſiaſtici, nec ferrox proximus *antichriſtus* venire. Quare teneatis præq. firmo quod ſupra modum robur & fortitudo *Franciæ* imperii imminuentur hac vice, uſque quo non poſſit viros Eccleſiaſticos à tyrannus tueri, quos ſupra modum necelle eſt caſtigari hac vice. Et ſcitote bella plurima inter populum *Francorum* & adverſarios regni futuri, ut mihi indigniſſimo oſtendit Dominus in die *S. Michaelis* immediate præterito propter captivem Regis noſtri *Johannis*. Non erunt minora bella quam prius, ſed multo graviora, ut accidant nobis miſeris, in quos facies omnium malorum &

\* Miſerè hic corumpitur textus ab ægyptiam ſcriba: vel tranſcriptoris incipientiam: ſiquid ex locis verbas ſentis poſſis elicere, bene eſt: vide autem interca, Lector, quantum damna pariuntur authoribus, cum amanentes ſuilei, qui manuſcripta antiqua nesciunt legere, eorum opera excubanda in ſe recipiunt. *Dilexione maſtra: aſſi ad lyam.*

tribulationum venerunt; ut sic verificetur id verbum *Michea* prophetae, *Et dicit pax, pax; & non erit pax impiis, dicit Dominus, [Isa. 48. 22.]* Super quorum intellectum, cap. 7. *Ezechielis* cum profunda intelligentiâ perlegatis. Disponuntur quidem hi tres anni immediate futuri ad omnes eventus istorum annorum in quinta Intentione dictorum, ad bella quae fient in *Hispania & Italia*, & ad dolorosos conflictus infidelium qui acriter constiterunt contra populum *Christianum*. In conflictibus quidem *Hispanorum* unus Rex praevalerebit, qui demum victor tantum excrecet, ut sit ei concessum pro magna parte delere populum *Mahometicum*, potissime *Africanum*. Egre dietur quidem in his diebus malis, antequam perveniat mundus ad A. D. M. CCC. LXV. exercitus unus infidelium ab Oriente, de quo sub *angelo sexto* scribit *Johannes* Apocalypsis IX. Venient enim infideles *Saraceni, Turca & Tartari* contra populum *Christianum*, ita ut *Italiam* in parte conculcent; *Hungariam* totam & *Poloniam* & partem *Alamaniae* vastabunt mensibus ad litteram † XLII. & annus immediate sequens, sc. M. CCC. LXVII. notabiliter cum duobus sequentibus disponet ad istam terram \* misericordia *Christi*, unum reparatorem futurum in proximo, inferius describendum; nec tardabunt dies quod unum passagium indicatur in *Terram sanctam*, quod ob infirmitatem custodum *Crucis* nullum effectum habebit, & per mundi . . . . . afflutiam poterit pax fieri, quae impediatur futuros eventus in quinta Intentione descriptos.

*Intentio septima* est intelligere modum denudandi Ecclesiam universam ab omnibus temporalibus rebus: indignabitur siquidem mundus ante annum Domini M. CCC. LXV. contra factum divitiarum, temporalem gloriam mundanae superbiae clericorum, & tyrannici ac laici populi fabrico & insperate confluent & auferent ab eis dominia temporalia, regna, ducatus, comitatus, redditus, civitates & castra, & ipsos relinquunt in parvis & nudis Evangelicis declaratis, & insuper multis tribulationibus & derisionibus eos afficient, nec ipsis quibuscunque excommunicationibus aut bellicosis insultibus poterint obviare, sicut experientia declarabit: quoniam *Sathanas* jam seduxit corda multorum hypocritarum incendendum in habitu humilitatis, in specie sanctitatis, in effigie ponentiarum, in fictione zeli ficti & falsi; & indignabuntur corda Principum, tyrannorum & populorum secularium imponentes eis peccata abominabilia publica quae multi clericorum committunt; & hi sunt hypocritae errantes in fide & fidelitate, ratione Ecclesiae: & ad extremum cognita eorum nequitia ipsi debentur & deserventur ac trucidabuntur per populos seculares: postquam autem videbunt principes Ecclesiae nullo modo de paupertate se posse resurgere, dabit illis *afflictio intellectuum*, ut culpas suas humiliter recognoscant & disponant redire ad modum vivendi *Christi* & Apostolorum sanctorum, & convertet Deus corda iratorum contra illos Principum & populorum ad pacem, & ordinabuntur duntaxat qui tribulantur eis, videlicet competenter necessaria vitae, & his contenti Ecclesiastici divini a tribulatione quiescent, jubente Domino nostro *Jesus Christus*.

*Intentio octava* in adventu *anticristi occidentalis* unius *Neronis* in modum in praesens, imperatoris haereticis pessantis in proximo affuturi, ad generalem Ecclesiam graviter affligendam: hic persecutor *Christi* & Ecclesiae publice apparebit in *Romano Imperio* infra annum Domini M. CCC. LXX. & ab anno Domini M. CCC. LXII. vel ante, usque ad LXX. vel . . . . . non tardabit persecutio ejus, quae transit ante annum Domini M. CCC. LXX. cum non daret ejus flagellum nisi duntaxat per tres annos & semis: ego affero hunc fore. Apocalypsis. cap. 13. abundanter de ipso ac de suo pseudo-propheta, scilicet de bestia ascendente de terra disertissime tractat: pauca de ipso dico; quia si omnia mala, quae fuerunt ab origine mundi, congregarentur in unum, fere non equiparentur malis futuris ab hoc praesenti anno usque ad annum Domini M. CCC. LXX. vel circa, infra XIII. annos.

*Intentio nona* est super provisione quam facturus est generali Ecclesiae *Romanae*, matri nostrae, Dominus *Jesus Christus*, contra omnes tribulationes futuras, ne *Petri* navicula submergatur: cum his enim tribulationibus, post fugam *Curia Romanae* de hac peccatrice *Avenione* cum suis complicitibus summi solii tribuerit afflictio intellectum, per ministerium angeli sancti faciet *Christus* eligi canonicè, sede tunc vacante, unum summum Pontificem, reparatorem orbis: & si vultis ipsum & officium suum in Scriptura Sacra cognoscere, ipse est vir indutus lineis, signans electos signo *Tau* in fronte, *Ezech. 9.* qui ibidem & cap. N. accipit ignem de medio rotarum *Cherubim*, & effudit in orbem; *Christus* est; vel ipse est vir indutus lineis, volo dicere canis \* . . . . . qui XLVII. ejusdem libri sub typo aquarum universum infidelium orbem baptizat, & totam mundi machinam concludit sub typo piscium cum lagenâ: infra Ecclesiam generalem ipse *Christus* est angelus iste qui Apocalypsis cap. 8. in principio, habet thuribulum aureum, & super altare quod est ante oculos Dei, dat orationes omnium sanctorum, & implet thuribulum de igne altaris

† Apoc. 11.

\* Hic iterum  
Cathari a-  
nnumen-  
tate in tem-  
scribendo  
peccavit, in  
cuius tran-  
scipio sentus  
non consti-  
tuit in tem-  
scribendo  
[cor] repoluit  
ex coo-  
[miserico-  
dia] nisi malis  
[cura.]

\* Scribitur  
[Rna]

taris & effundit in terram donec fiant in toto mundo tonitru & voces & fulgura & terramotus magni ad delendam populum Saracenorum. Et ut perfecte noscatis eundem, ipse est Angelus dicti capituli libri Apocalypsi. descendens de coelo amictus nube, & iris in capite ejus, cujus facies lucet ut sol, ad illustrandum orbem, clamans quemadmodum leo cum rugit, habens omnium arcanorum prophetiarum, quae expedit ad tempus, & gestans in manu libellum apertum, qui in fine capituli praedictores mittit ad convertendum orbem. Hic est Angelus fortis Apocalyp. 18. in principio; & cujus aspectu illuminatur univ[er]sa terra: cum sit valde tenebricosa.

Hic est Angelus cap. 20. ejusdem libri, habens catenam magnam ad satanam ligandum: hic est *Eliaz* mysticus, de quo *Christus* Matth. 18. prophetizat dicens, *Eliaz quidem venturus est & reedificet omnia*: de quo multos tractatus feci cum abundanti sermone in pluribus libris; scilicet in *commentario meo* Prophetici libri *horeocopi*, & duobus *commentariis super librum tabularum Dei* ad illum, ac in *commentario meo* libri prophetici de *summis Pontificibus*, qui incipit, *Ascende calve*: & in *commentario canonis*, qui incipit, *Ad alta vocatis*: & potissime super illo verbo canonis, ubi dicitur, *Iste solus clavem aperiet librum scriptum digito Dei vivi*: & in 4<sup>to</sup> libris de *speculis temporum*, & *revelationibus arcanorum Scripturae Sacrae*, & in tribus libris..... *expulsi sumus ante faciem misericordis Dei pro operatione fortis luminis tertii status generalis orbis ad reparandum mundum*; potissime in tertio libro, ubi ostendo quod ipse est Angelus habens catenam magnam ad ligandum Satanam in abyso, ne seducat amplius gentes, donec conflumentur M. anni ad literam solares; & ibidem revelo catenam & virtutem ejus; & in *commentario* quod edidi *super librum Ambrosii Medliani* vatis *Britanniae* & de *summis Pontificibus* quem direxit sancto *Blasio* † *Londonensi* Episcopo in tractatu qui incipit, *Latus sum in his quae dicta sunt mihi*; & demum in libro praefato, qui incipit, *Ostenso quod adesse festinent tempora*, potissime in primo libro, in multis tractatibus ejus, & in pluribus aliis libris meis de ipso propinquo Reparatore, ac ejus actibus & officis & modis orbem reparandi, abundanti sermone peregi; quae hic dicta minimè replicabo. Ipse est post *Christum* pro principio tertii status generalis orbis, lapis abicissus de monte sine manibus, qui *Babylonicam* statuum percutiet in pedibus fictilibus, & eam comminet, & implebit lapide *Christi*, & ejus lege univ[er]sam terram, ubi *Gog* remanebat, convertendo ad *Christum*. De isto tractatu, propheta *Isaias* & ceteri ubicunque agunt de *Christo* fere in secundo saeculo pro tertio statu saeculi memorato; nisi quod ea quae Divinitati conveniunt, debent duntaxat reservari Domino nostro *Jesus Christo*; sicut *Isaias* 9. dicitur, *Puer natus est nobis, & filius datus est nobis, cujus imperium super humeros ejus, & vocabitur nomen ejus Admirabilis, Consiliarius, Deus fortis, Pater futuri saeculi, Princeps pacis*. Hoc, quod ibi dicitur *Deus fortis*, *Pater futuri saeculi*, *Princeps pacis*, convenit duntaxat (sumendo ad literam *Deum* proprie) Domino nostro *Jesus Christo*; sed alius Reparator sicut verus homo peccator, erit puer, qui ad literam per potentiam *Christi* obtinebit generale imperium mundi in annis fere cecem, ac *Princeps pacis* millennium erit & consiliarius Evangelicus & Deus adoptivus, sicut *Exod. 3.* dicit *Deus Moysi*, *Ego constitui te Deum Pharaonis, & Aaron frater tuus, erit propheta tuus*: & sicut *Exod. cap. 22.* *Diis non detrahas*: & in *Platino*, *Ego dixi, dii estis, &c.* & per eum aperientur omnia mysteria sigillata Sacrae Scripturae.

*Intencio decima* est super apparitione duorum admirandorum prophetarum induendorum factis, qui Apocalypsi cap. 10. resistent *bestia* ascendenti de mari; quoniam antequam perveniat mundus ad annum Domini M. CCC. LXX. mittet Deus miraculose duos pauperimos Cordelarios, abjectos fratres minores, qui ad literam, sunt de quibus dicit Dominus *Jesus Christus* Apocal. 11. *Dabo duobus testimonium meum, & prophetabunt diebus M.CC.LX.* hoc est ad literam, tribus annis & semis: *hi sunt duo olive, & duo candelabra, in conspectu Domini terra fructus, & si quis vulnerit eis, nocere, ignis exiet de ore eorum, & devorabit inimicos eorum; & si quis vulnerit eis latera, apertae enim occidi: hi habent potestatem claudendi caelum, ne pluat in diebus prophetiae eorum, & potestatem habent super aquas convertendi eas in sanguinem, & percutere terram unius plaga quaecumque vulnerat*. Et nunquam legi alicui puro homini tantam potestatem concessam ad figellandum orbem: unus autem horum duorum erit *Papa Romanus*, generalis *Christi* vicarius; & alter, ejus socius *Romanae Ecclesiae* cardinalis. Primus erit *minor Papa*; alius, persona scilicet *Eliaz*, de quo *Christus* dicit, quod venturus sit & restituet omnia; *Eliaz* quidem mysticus, & non ille *Thibeticus* qui personaliter veururus est in fine saeculi tempore ulterioris antichristi: quoniam inter hunc *Eliaz*, & illum fluunt mille anni solares. Hi igitur duo pauperuli sacratissimi minores abjecti, Cordelarii abjecti, sunt mystice *Eliaz* & *Emch*: quoniam sanctas antiquorum Cardinalis replebitur Spiritu Sancto *Henoch*, ut gentibus decipiendis per *draconem* proximi antichristi impugnetur: sapientiam praesentem, & marinam decipiendis per *draconem* proximi *Christi* impugnetur.

Alia opera  
huic caeli  
vacuola.

Intra variculi  
& icelle in-  
cipit mittere  
expugnare.

Signum

Signum autem adventus horum duorum prophetarum accipite in adventu propinquo infidelium ab Oriente & fugâ curia Romana de hac peccatrice Avenione: qui duo eventus valde modicum distant. Hi soli duo dracones pro fide obviabunt: ipsam Christi regent in capite & in membris, & facient ut omnes deceptæ, ad Christum veniant nationes.

*Intentio undecima* est in casu quodam gravi qui accidet præfato reparatori pauperulo memorato; quoniam circa principium introductionis ejusdem inimicos Dei hæreticos, \* *mammisifas*, *Maurus* ac infideles in brachio Domini & virili pauco sensim confundet: sed postmodum sui de bene factis lapidantes eundem, confurgent in eum; & timendum est, si temere capiatur ab eis, ne.... in dicto pestifero aggravetur: sed Christo providente Ecclesia desolata, mittet duas grues de his quæ caput habent rubrum, & assumunt ipsum in viribus Christi, super pennas suas, & de manu inimicorum suorum ipsum eripient, Virgine gloriosâ Maria Filium exorante pro eo; & sic cum gratiâ Dei in honore & prosperitate evadet. Felix qui in diebus illis ab obedientia & fide pauperis illius apostatice non discedet: corroborabitur siquidem super omnem estimationem humanam auxilio Christi existentis in eo, & crescet juxta omnem voluntatem Christi; quia ipse post Christum, in secundo sensu, est ille David futurus, de quo prophetat *Ezechiel* cap. 34. & *Jerem.* in vaticinio, à tricésimo cap. sui libri & ultra usque ad 36.

Hic est etiam *Jonas* propheta mittendus de ventre ceti in proximo in signum & portentum *Ninivitis* populo scelerato ad publicam poenitentiam predicandam & ad convertendum corda filiorum ad patres cum *Johanne Baptistâ*: & præparabit viam Domino *Jesu Christo* venturo proximè ad perimendum *anticristum* propinquum.

*Intentio duodecima* est super reparatione proximâ virorum Ecclesiasticorum & orbis percellentem reparatorem propinquum: quoniam hic est *Elias* qui juxta verbum Domini restituet omnia; omnes utique corruptos sacerdotes, luxuriosos & avaros *Christum* cum hoc flagello (ad litteram) facto de funiculis pauperulis; scilicet *cordelatis* abjectis, de Templo expellet pro certo, ne ei ministrent in sacrificio; & simoniacos deponet à ministerio Ecclesiastico, & offendentes naturam tradet brachio seculari ut sacrificentur in igne ut purgetur natura; libertatem antiquam eligendi prælatos sedibus Episcopalibus restituet; lupos voraces effugabit à grege; sanctos viros sifter super candelabrum & indignos sub modio abscondet; intuitum carnis & sanguinis castigabit; collapsam justitiam renovabit & contra universâ scelera congruam medicinam aprabit; & universas virtutes Evangelicas cum collapsis hominibus replantabit, & bonos homines in suo sancto proposito confirmabit; librum reparationis orbis arte Christi conficiet, cujus virtus usque ad finem sæculi perdurabit: Regem *Francorum*, qui venit in principio sue creationis ad videndam angelicam claritatem ejusdem, assumet, contra morem *Alamanica* electionis, in Imperatorem *Romanum*, cui Deus generaliter subjecit totum orbem occidentem & orientem & meridiem; qui tanta sanctitatis existet, quod ei Imperator aut Rex similis in sanctitate non fuit ab origine mundi præter Regem Regum & Dominum Dominantium, Dominum *Christum Jesum*.

Hic Imperator renuet coronari coronâ aureâ, ad honorem spinarum Coronæ *Jesu Christi*: hic Imperator sanctissimus erit executor omnium mandatorum reparatoris prædicti: per illos duos totus orbis reparabitur & ab eis destruetur tota lex & tyrannica potentia *Mahometi*: ambo, tam *Papa*, quam *Imperator*, *Græciam* & *Asiam* personaliter visitabunt, destruent schisma, *Græci* liberabunt à *Turcis*, *Tartari* fidei subjugabunt, regna *Asia* reparabunt; & constituet *Papa* ut in perpetuum quamdiu mundus erit, cardinales assumantur de Ecclesiâ *Græcâ*: ascendetur contra montem, qui in *Asia* appellatur *Taurus*, *Asia* rehabendum: hic destruet *Italia* schisma *Guelphorum* & *Ghibellinorum*; & terras Ecclesiæ sic disponet, ut *Papa* eas Ecclesias in æternum non impugnet: avaritiam omnem & superbiam extirpabit, à clero hæreses annullabit; & quia, sicut dixi, jam futurum est in brevi, ut infideles *Italian*, *Hungarian* & multas provincias *Christianas* invadant & Christianitatem affligant mensibus 42. ad litteram, hic est qui eos destruet & de manibus *Mahometi* liberabit populum *Christianum*.

Hæc sufficiant causâ brevitas; qua causâ breviter hic sunt dicta de ipso; qui post 9. annos & semis aut novem menses aut circa, finiet vitam suam, & Imperator post 10. annos & semis aut circa; & ambo miraculis magnis coruscabunt in morte.

Præfatus autem *Papa* in regno *Siciliæ* unum regem constituet qui in manu potenti & brachio extento regnum *Hierosolymitanum* acquireret, post cujus acquisitionem relinquet Rex ille mundum, & habitum & vitam fratrum minorum assumet; & in fine iustitabit miraculis, præclarâ sanctitate renitens; filium relinquet qui erit Rex *Lombardie*,

\* Fort. Mahumedisfas.

Somnia ridenda.

die, filius Ecclesiarum; sed qui annorum 15. morietur; de quo gemet valdè Ecclesia generalis.

*Intentio decima tertia* est in tribulatione religionum cunctarum professionum: ex prædictis enim claret quod cuncti religiosi divites, monachi nigri & albi, grisei, Carthusienses, præmonstratenses & militares tam in corporalibus quàm in temporalibus graviter affligentur. *Primò*, à preliis bellorum & à raptoribus populis & baronibus; quia & Principes Ecclesiam spoliabunt temporalibus. *Secundò*, multi occidentur, & eorum monasteria destruentur ab *anticristo orientali* & ab ejus discipulis & ab excæcatis *Judeis*. *Tertiò*, in multis partibus à *Tartaris, Saracenis & Turcis*. *Quartò*, ab *anticristo occidentali*, quem voco *Neruem*, bestiam scilicet ascendente de mari, & ab ejus pseudo-propheta Apoc. 13. bicornuta ascendens de terris vocatur. *Quintò*, à fame horribili futura, ut supra memoravi. *Sextò*, à pestilentia variis, in *quinta intentione* superius memoratis. *Septimò*, multi corrigenentur cum canonum severitate à *reparatore* superius expresso; quoniam eorum excessus non corrigerent nisi per excessus: ab eo enim & ab istis plagis multæ religiones divites reducuntur ad nihilum; & omnes, nullà exceptà, multum affligentur.

*Intentio decima quarta* in afflictione religionum mendicantium & incredibili destructione eorum; quoniam isti concutientur omnibus modis quibus & divites percutiuntur, ut *intentione* supradictà proximà; & præcipuè præceduntur à *Nerue* prædicto; ab Imperatore scilicet hæretico futuro infra breve, & à bestia ascendente de mari: & eorum monasteria jacebunt prostrata pariter & destructa, & probabunt mendicis quantum eis profuit superflua in altari *Catharina* de sanguine pictorum. Et transgressores ordinis *fratrum minorum* sunt in causa: quod omnes præfate tribulationes infundentur in orbem, sicut expressè Deus dixit beato *Francisco*, sicut in *Legenda* veteri continetur expressè; quoniam Deus dixit beato *Francisco*, quod si *fratres*, illi sui, permanerent in observantia *regule*, (sicut inceperant) ostensæ a beato *Francisco*, instantes tribulationes non venirent: ideo de hac tribulatione benedicens in morte *fratres*, sicut 14. cap. vitæ suæ dicit per spiritum prophetiæ, & quando futura tentatio à tribulatione appropinquat, fideles qui perseverabunt in his quæ cooperunt liberabuntur, quoniam propter peccatum transgressionis *Regule* permisit Deus scandalum impugnationis Evangelicæ paupertatis per *predicatores* contra *fratres minores*, & minores succumbere per fugam *Michaelis* ab astutia *fratrum predicantium*, & sicut Deus dixit beato *Francisco*, sicut dicitur in lib. 12. sociorum ejus, qui *Legenda veteris* dicitur, quia fratres in futurum relinquunt observantiam *Regule*, cum essent toti dissolutioni & voluptatibus dediti, relaxaret Deus dæmonibus potestatem ut mutarent cor populi contra eos, donec fugarentur de medio populi ad desertum, pluribus ac variis injuriis & detractionibus lacerati (liberabuntur enim miraculosè quidam ex eis meliores & minus mali, qui nituntur & desiderant *Regulam* observare ad punctum) & in fame futura inter annum Domini M. CCC. LX. & LXV. affligentur mendici.

Et nisi Deus Ordini *fratrum minorum* providisset de præfate *reparatore*, qui eorum ordinem funditus reformabit, sicut cæteri, remanerent deserti: sed precibus B. *Francisci* & sanctorum *fratrum*, post tribulationem reparabitur Ordo & dilatabitur per univèrsam mundum, sicut stellas cœli quæ præ multitudine numerari non possunt: sed non in superbia habitum & ædificiorum, nec in avaritia & cæteris laxationibus hodiernis; sed in modo vivendi *Christi* & Apostolorum & B. *Francisci* & sociorum ejusdem.

*Intentio decima quinta* est in futurà percussione urbium solennium diversarum in mundo. Mihi quidem, charissime *frater Petre*, infra annum immediatè præteritum, licet indigno, ter ostendit Dominus quod vestra solennis villa *Avellani*, quæ multum, ut audio, fortitudine lapidum novæ clausuræ confidit, in futurum concutietur; & rogo Omnipotentem Deum ne fiat cibus ignis & ne reducatur in calcem: timendum est enim, quod quia exemplo *Nimivæ* non poenituit, prout domino terræ scripti, domino terræ abbati, anno præterito, & pauperibus terræ non satisfecit ut debuit, irascatur eis Deus, ut ostendat quod non est murus lapideus qui suæ iræ resistat. Monasterium quidem vestrum, *fratrum* scilicet *minorum*, quod tam amicum est in villa prædictà, infra paucum temporis vobis relinquetur desertum: cujus desertionem Dominus mihi pluries revelavit, ut discant *fratres* humilibus consentire: & hæc pro certo vobis evenient, tam villa quam monasterio, nisi hoc digni fructus poenitentiae impediunt: quod tamen non facient, prout firmiter puto; & valdè contristor quod de villa vestra & conventu vestro prædictum est: & intelligatis de aliis villis, & vicinis vestris pluribus provinciæ vestræ & aliarum provinciarum per orbem; quia plurimæ civitates solennes graviter opprimuntur in tribulatione propinquâ.

Primò per horribiles terremotus, quales non fuerunt ab origine mundi; qui erunt inter annum Domini M. CCC. LX. & LXV. quorum imago præcessit hoc anno in festo S. Lucae, in *Alamania*, in illa famosâ Imperiali civitate *Basilæe*, quæ concussa est inaudito terramotu; quæ per 10 horas funditus corruit, universis habitatoribus interfectis; quoniam erumpens miraculosus ignis de visceribus terræ per triduum in typum ignis infernalis, rediit eam in calcem exemplo antiquarum *Sudama* & *Gomorrbæ*, & 75. castris circumquaque destructis; & sacerdos dignus fide, qui vidit oculis suis, hæc nobis omnia prædicta narravit: sed quia de præfatis terremotibus in multis libris meis plura inferui, sileamus de ipsis donec convenientius in Chronicis scribantur. *Secundâ*, multæ solennes civitates peribunt per dissensiones bellorum, tam interiorum quam exteriorum, potissimè in *Italia* in singularitate . . . . . est tenenda supra quam credi possit: signanter *Roma* valde concutietur tempore *Neronis* Imperatoris hæretici memorati: *Florentia* valde imminuetur, & eam expectat formidanda vindicta: cultus *Libyæ* . . . . . per . . . devastabit omnino: *Sena* & *Pisa* iræ Dei percutientis malleum verissimè non evadent; nec *Lucani* tenebras timendi horroris; & *Aretium* non ridebit de plagis vicinarum, sed luet; & *Lambardia* tota funditus evertetur; & tyrannia *Mediolani* desinet; & *Genna* hostium tribulationes incurret, sicut ostendit mihi Dominus. *Turci* cum lignis futuris *Venerias* polluent & eis non spernendum prælium intentabunt; & *Marchia* certissimè prælio confundetur; *Aconitana Marchia* cum Ducatu *Spoleto* & *Patrimonia* tam à tyrannia quam ab Imperatore futuro hæretico sapientur; & utinam vellet Deus ne supervenientibus infidelibus Ecclesiæ patrimonia premerentur; *Campania* cum toto regno *Sicilia* punietur; & nisi Deus sententiam mutet, anno Domini M. CCC. LXV. in Regali civitate *Neapolitana* super Regem timenda novitas inducetur. *Tertiâ*, gravissimè affligetur mundus tempore prædicationis duorum præfatorum prophetarum sacrillarum, alias sanctissimarum, mittendorum in brevi contra dictum Imperatorem futurum hæreticum; quos dixi fore duos fratres minores *Cordelatus* abjectos ad literam, juxta regulam repetitam satis: cum enim facta fuerit per bestias futuras de mari ac de terrâ, solennis apostasia à fide citra annum Domini M. CCC. LXX. & multo citius; quia annus Domini M. CCC. LXII. non longè est à principio rerum

Præfati duo prophetae, testes Agni, affligent orbem infidelem omni plagâ, quotiescunque voluerint; quia erunt homines austeri, supra quam credi potest; & variis plagis affligent infideles, sicut *Apocal. 11.* dicitur: inhabitantes terram gaudebunt de morte eorum & munera mittent invicem; quoniam hi duo prophetae sunt qui cruciaverunt eos qui inhabitant terram. Plagæ autem exprimuntur in textu; clausio cœli, ut non pluat; conversio aquarum in sanguinem; evomitio ignis ex ore; percussio terræ omni plagâ quotiescunque voluerint, quæ omne genus tormentorum includit.

*Intentio decima sexta* est in remediis totius tribulationis instantis: Salvator etenim noster *Jesus Christus* in Evangelio *Matt. cap. 24.* dat remedia plurima: primum remedium, Videte ne seducamini, & Nemo vos seducat; & hoc remedium fit per prævisionem periculorum superius descriptorum; quoniam qui primo informati fuerint, viriliter erroribus resistent; maxime cum sciant tempus & certas quotas annorum; & quod tribulatio *Neronis* & *anticristi* non durabit nisi duntaxat per tres annos & semis; & quod consequenter est integra Ecclesia reparanda. *Secundum remedium* dat ibidem, dicens, Tunc qui in *Judea* sunt, fugiant ad montes; & confirmatur *Ezechielis cap. 7.* ubi dicitur, Salvabuntur qui fuerint ex eis, & erunt in montibus quasi columba convallium unius trepidi, mansisque in iniquitate sua. Et quia supra dictum est quod tribulatio durabit per XV. annos immediate post annum Domini M. CCC. LX. jam est certa regula data quod ad totidem fit provisum in cavernis montium, de fabis, leguminibus, melle ac carnibus salis & fructibus ficcis provisio faciendi: beatus autem qui eam faceret ad 10. annos, usque ad annum Domini M. CCC. LXX. ut sic omnes tribulationes tute transirent. *Tertium remedium* est considerare signa quæ *Christus* dat ibidem; scilicet, terribiles terremotus, qui fuerunt hoc anno in *Alamania*, *Burgundia* & *Hispania*; quia in *Hispania* perit in Regno *Portugallia* maxima pars civitatis *Vissipone*, palatium Regale & Ecclesiæ cathedralis, & interit ibidem populi maxima multitudo, ac maxima pars civitatis *Hispalensis* in regno *Castelle*; & in *Vasconia* concussa est *Baiona*; ac inspicere docet *Christus* concussiones regnorum, ac casus Regum & concussiones plurium civitatum; quæ omnia videmus contra nos; videmus regnum *Scotorum*, *Francorum*, *Hispanorum*, *Neapolitanorum*, *Longobardorum* & omnium *Italarum*; & sic de aliis; & serè nil aliud nisi sanguis auditur cum bellis & pressuris terrarum & dejectionibus Regum. *Quartum remedium* Domini est, ut tempore prædicationis errorum, & operationis falsorum signorum, nullus velit

videre

videre vel audire discipulos *antichristi* 3 nec fraudulentas operationes eorum & prædicationes: horum enim remedium docet *Christus* Luc. 17. dicens, *dicens vobis, Ecce hic & Ecce ibi, nolite ire nec sequemini*: quoniam supra omnem assimationem humanam. demones potestatem habebunt ut seducant mundum in falsis verbis & mendacibus signis, ita ut in errorem mittentur, si fieri posset, & Electi, sicut *Matt. 24.* dicit Dominus *Jesus Christus*: & ideo tutissimum remedium est fuga. *Primum remedium* est diligenter addiscere, & cum intellectu scrutari scripturas propheticas quæ sunt de omnibus prædictis; quoniam multum roborant animum *Christianum* in fide Catholica, & viriliter errori resistunt & predictionem falsorum prophetarum impugnant. *Secundum remedium* est orare ferventer & dignos fructus poenitentiae facere, & pravam vitam relinquere, & eleemosynas erogandas & operibus pietatis vacare, sicut *Christus* manifestè docet, *Figurate in illo tempore & orate.* *Septimum remedium* est desiderare & ferventer postulare reparationem orbis collapsi, extirpationem vitiorum, plantationem virtutum ac conversionem universi populi infidelis, & reductionem collapsorum clericorum ad modum vivendi *Christi* & Apostolorum & aliorum sanctorum: tales enim evadent, sicut expressè habetur *Ezechielis* 9. cap. ubi dicit Deus viro, *Signa Thau super frontes virorum gementium ac dolentium super cunctis abominatibus quæ sunt in civitate*: nam ibidem Dominus interfecturibus, ne tangant signatos memoratos. Est autem aliud advertendum, quod omnes incorrigibiles & indurati in mortalibus criminibus, qui redire contemunt ad innocentiam quam nos docet lex *Christi*, quantumcunque maniti locis tutissimis, in hac tribulatione peribunt, & si non per gladium ferreum, morientur clacibus variis pestilentiarum, perditionum, terræmotuum atque famis, sicut *Jerem. 15.* manifestè habetur. *Et dixit Dominus ad me, si steterit Moyses & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum, & ecce illos à facie mea & egrediantur: Quod si dixerint ad te, Quo egrediemur? dices ad illos, Hoc dicit Dominus Deus, Qui ad mortem, ad mortem; & qui ad gladium, ad gladium; & qui ad famem, ad famem; & qui ad captivitatem, ad captivitatem. Et hoc quidem Ezechielis 14. dicitur manifestè, si fuerint ibi tres viri, Noe, Daniel & Job coram me, ipsi animas suas liberabunt, sed filios & filias non liberabunt.*

*Intentio decima septima* est intellectum oculi modè inire revelationis per quam proximus *antichristus* mentaliter excæcabit sectatores suos, ut firmiter ipsum sine omni hæsitacione credent esse verum *Messiam*, in Lege & Prophetis promissum; quoniam (sicut sancta *Hildegardis* prophetissa, contemporanea *S. Bernardi Clarevalensis* & ejus amica, in suis libris scripsit ex ore Dei 3, cuius libros canonizavit *Eugenius* Papa in Concilio *Trevirensi*) *Lucifer* in mente sua recondit quædam ab initio sui casus, quæ nulli homini revelavit, & ipsa aperiet *antichristo*, & scribet ea in chartulis & imponet in fronte adherentium tibi aut in manu. Et quicumque illa verba super se portaverit, de *antichristo* & ejus lege, minime dubitabit, sed firmiter ipsum verum credet esse *Messiam*, & *Jesus Christum* suum se seductorem: & illa scriptura in grammatica Apocalypsis 13. 14. 15. character bestia appellatur: & propter hoc dicitur in præfatis capitulis, omnes debere cavere à receptione illius *Luciferana scriptura*; quoniam si quis pusillanimus timore mortis illam scripturam recipiat, cogitans apud se evadere, & in corde suo non credere *antichristo* præfato, decipietur omnino; quia virtute illius scripturae, iusto Deo permittente, irruet mortaliter in cæcitatem erroris & damnabitur in æternum; sicut in Apocal. cap. 14. *Tertius angelus clamavit, dicens, si quis adoraverit bestiam & imaginem ejus, & acceperit characterem bestia in fronte sua aut in manu sua, hic bibet de vino ira Dei quod mixtum est mero in calice ira ipsius, & cruciabitur igne & sulphure in conspectu angelorum sanctorum & ante conspectum Agni, & sumus tormentorum suorum ascendet in scena seculorum; nec habebunt requiem die aut nocte, qui adoraverint bestiam aut imaginem ejus, & si quis acceperit characterem nominis ejus. Hic patientia sanctorum est, qui custodiunt mandata Dei & solum *Jesus*. In illa enim scriptura continebitur nomen unum competens Deo soli, quod sibi appropriabit *fallaciter antichristus* in blasphemiam Dei; sicut ad honorem Dei *Aaron* nomen Dei tetragrammaton sculptum in limbo sacri indumenti portabat in fronte: in quo nomine puto contineri numerum DC. LXVI. Apocal. 13. ubi dicitur quòd intellectus illarum rerum est sapientia magna; & non est in mundo qui sciât aut sciverit illud nomen præter ipsum.*

Nec Deus illud revelavit prophetissa prædicta; quia primò omnium illud per *Luciferum* revelabitur *antichristo*; cognoscetur autem illud non per computationem numeri illarum literarum: cavere igitur ab illo nomine, sicut ibidem dicitur, est sapientia maxima, & hæc scire est de majoribus hujus mundi scientiis.



*Intentio decima octava est in revelatione premii magni quod habebunt omnes illi qui citius morientur quam recipiant memoratam scripturam: quoniam qui pro Christo patiuntur martyrium, nolendo adorare bestiam & imaginem ejus, nec recipere characterem memoratum, omnes resurgent in die interfectionis bestiarum duarum Apocal. 19. & ligationis draconis ad M. annos cap. 20. & per Christum in corpore & animâ transferentur in coelum, nunquam amplius morituri: ita dicitur clarè ad literam Apocal. cap. 20. Et vidi sedes & sederunt super eas & iudicium datum est illis; & vidi animas decedentium propter testimonium Iesu & propter verbum Dei; & qui non adoraverunt bestiam neque imaginem ejus, nec acceperunt characterem ejus in fratribus aut in manibus suis, & steterunt super pedes suos & vixerunt & regnabunt cum Christo M. annis. Hac est resurrectio prima, Beatus & sanctus qui habet partem in Resurrectione prima: in his enim secunda mors non habet potestatem, sed erunt sacerdotes Dei & Christi ejus, & regnabunt cum illo M. annis. Hic igitur prima ista resurrectio est futura in proximo, in die mortis antichristi propinqui; & tota litera de corporali resurrectione martyrum Christi sub antichristo literaliter accipienda est, quia ad literam per M. annos ad minus resurgent, & in corpore & anima ad coelum ascendent & cum Christo regnabunt antequam ceteri mortuorum in generali resurrectione resurgent. Nec ex hac litera sciri possunt certitudinaliter annus & dies huius mundi & Iudicii generalis; quia litera non dicit quòd ab una ad alteram sunt M. anni locandi; sed dicit, Ceteri mortuorum non vixerunt (sc. in Resurrectione generali) donec consummentur M. anni, quos oportet currere ad literam; post quos in anno & die, noto soli Deo, veniet ad Iudicium generale. Solum igitur hoc privilegium debet movere omnes fideles, ad ferventer suscipiendum martyrium pro Christo, sub proximo reprobò antichristo.*

*Intentio decima nona est in revelatione millenaria pacis propinque & pacificatione orbis tam tribulati: firmiter ergo teneatis & nullatenus dubitatis, charissime frater Petre, ordinem habere sicut textus Apocal. (qui non potest mentiri) ponit; ponit enim duas proximas bestias in stagno ignis puniri, & continuando ponit immediate puniri draconem, qui seduxit praefatas bestias in cap. 20. in stagno ignis, & in puteo abyssi clausi M. annis; post quos exhibit, ut adducat Gog & Magog de montibus Caspii, sed secundum textum, de 4. angulis terra, ad subvertendum orbem: ex quo ordine litera clarè potestis comprehendere, quòd duas bestias nondum sunt experientia in stagno ignis clausae: igitur cum draco qui eas seducet, adhuc punitus est clausus in puteo ad M. annos, ne deducat amplius gentes, donec consummentur M. anni à sua clausione; sed claudetur quia seducet bestias in die mortis duarum bestiarum in puteum, ne in illis M. annis futuris immediatè post mortem bestiarum & suam ligationem, deducat amplius gentes donec mille anni decurrant.*

Quibus visis, videtis clarè in die mortis antichristi ista fieri per ordinem ad textum: *prima* Christum interfectorem duarum bestiarum Apocal. 19. super equum album, cum exercitibus caeli, advenientem de caelis; *Secundo* interfici bestias supra dictas & draconem vivum in stagnum infernale concludi; *Tertio*, apparere angelum fortem de caelis cum magna catena in manu; *Quarto*, Satanam incarcerari ad mille annos duntaxat; *Quinto*, in mille annis consequenter futuris pacificari orbem; cum ad hoc claudatur Satanam in puteum, ne deducat amplius gentes, donec consummentur praefati M. anni; *Sexto*, resurgere eadem die martyres qui sub antichristo morientur pro Christo; *Septimo*, incipiet eadem die conversio populi excarnati Iudaeorum & orbis, & conversio cunctorum infidelium, & illuminatio mundi; *Octavo*, praefata dies erit ita clara ut exinde possint scire fideles annum adventus Gog & Magog, vel prope; quia cum consummati fuerint M. à praefato die, solvetur Satanus de carcere suo, & seducet gentes quae sunt super 4. angulos terrae, Gog & Magog adducet, &c.

Istae sunt infalibiles claves futurorum ad finem orbis vel prope: propter quod scitote quòd praefatus reparator, ad orbis pacificationem, constituet nova decreta contra omnia vitia, non modicum dura hoc suo tempore, secundum Hildegardis vaticinium, ad fovendam pacem millenariam; ut quicumque arma bellica praesumpserit, cum eisdem occidatur sine dispensatione quacunque. Illa die verificabuntur scripturae Isaia, & Michae, dicentes, *Constabunt gladii sui in vomeres, & lanceae suae in falces;* Spiritus Sanctus solenniter, ut in Apostolos, effunderetur; referabuntur arcana Scripturarum, & dabitur spiritus prophetiae, & Ecclesia tota indicibili sanctitate fulgebit; evanescent vitia in populo, & notabiliter honestas vigebit: nunc sub proxima orbis conversione de scibus seductorum induratum, qui modò fugabuntur ad orbis latera, mansuri in 4. mundi lateribus per dictos M. annos, prae nominati Gog & Magog constabuntur pro certo. Erunt tamen aliqua bella per quaedam loca, fames & clades; sed subito cessabunt

En dignum  
merum tibi  
propitius  
io. Ihuam ob-  
secrum!

bunt. Cura vero à præfata die mortis antichristi septingenti anni transiverint, quod erit quando mundus computabitur à Christo 2. M. annorum, vel circa, incipiet sanctitas declinare, & hodiernæ luxuriantiones sive elationes concrefcere, tam in populo quam in clero, & etiam in religioſis; & pro peccatis concrefcitibus fiet notabilis apollata Eccleſiarum à Romana Eccleſiâ, donec Gog veniat à præfata die mortis antichristi M. annis completis: quod non multum distabit à tempore in quo antichristo computabit mundus annos 2. sc. M. CCC. LXV. vel circa.

Post Gog verò & Magog, seu sub eis veniet ultimus antichristus, & de paradiso terrestri contra eum occurrent Enoch & Elias, & signa finis seculi apparebunt quando velit Deus Rector orbis.

Inventio vigeſima finalis est intellectus in probatione terminorum & superius taxatorum annorum; quia competit brevitati præſenti extenſio anni Domini M. CCC. LXVI. circa quem, tam citra quam poſt, tot ſtupenda evenient: accipitur à libro Daniellæ, à cap. 12. ubi angelus dicit, *A tempore cum ablatum fuerit iuge ſacrificium, & poſita fuerit abominatio deſolationis, dies 2. M. CC. LXXX.* Ad cujus numeri verum intellectum, oportet vos ſcire quod Christus Marci cap. 13. loquitur de adventu antichristi, ſolvens quaſtionem diſcipulorum (in principio ejuſdem ſcilicet) dicentium Christo, *Dic nobis, quando hæc erunt? & quid ſignum Adventus tui, &c.* revelando tempus quaſitum, remittit ad Daniælem, dicens, *Cum videritis abominationem deſolationis qua dicta eſt à Daniele propheta, ſtantem in loco ſancto (ſicut legit, intelligat) tunc qui in Judæa ſunt fugiant ad montes, &c.* voluit dicere illa verba Daniæle, viz. *Cum ablatum fuerit iuge ſacrificium, & poſita fuerit abominatio deſolationis: ille eſt terminus à quo iſte numerus computatur, ut expreſſe docetur in eodem libro Daniellæ cap. 9. ubi ſic dicitur, Occidetur Chriſtus, & non erit epus populus, qui enim negaturus eſt.*

Clarum eſt quòd hoc fuerit completum triceſimo anno ætatis Chriſti, vel circa, per Judæos: ſequitur in Daniæle, & civitatem & ſanctuarium diſſipabit populus cum duce venturo; & ſua epus vaſtitas.

Clarum eſt quòd populus iſte & dux fuerint Romani, & hoc 42. anno poſt paſſionem Chriſti, & 72. anno ab ejus nativitate, civitatem Hieruſolymam Chriſti incredulam deſtruxerunt, & ſanctuarium populum vaſtaverunt, & ſanctuarium Domini funditus everterunt. Sequitur in Daniæle, *Confirmabis antea (ſc. Titus & populus Romanus) multis Judæis paſſum hebdomadæ una annorum, eis Templum non deſtructum relinquendi uſque ad 7. annos; donec ſenatus Romanus deſiſſet quid faceret de Templo; licet eſſent muri civitatis deſtructi: ſequitur, Et in medio hebdomadæ deſicet vaſtia & ſacrificium Veteris Teſtamenti, & erit in Templo abominatio deſolationis; ſicut ad literam fuit; quia Judæi contra pactum ad 7. annos inceperunt rebellare Romanis; quare poſt 3. annos & dimidium, qui ſunt dimidium hebdomadæ 7. annorum, Romani exercitum miſerunt & Templum funditus deſtruxerunt: & ſic in medio hebdomadæ deſicet vaſtia & ſacrificium Veteris Teſtamenti; & ſic eſt quod ſubditur, Et erit abominatio deſolationis in Templo: & in hoc intellectu concordant omnes ſacri doctores.*

Et ſic quaſi inſalubili demonſtratione concluditur quod verba cap. 12. ubi dicitur, [ *A tempore cum ablatum fuerit iuge ſacrificium & poſita fuerit abominatio deſolationis* ] expreſſe ſonant tempus deſtructionis Hieruſalem & Templi, prout ſupra eſt dictum: à quo tempore neceſſe eſt in ſubjectum numerum computare: quo autem anno à Chriſti incarnatione, numerus ille M. CCC. X. finiatur, ſi LXXV. annos à Chriſti ortu uſque ad annum deſtructionis Hieruſalem fluxerant, ponamus ſuper illum numerum M. CC. XX. qui ſignant annos M. CCC. LXV. punctatim, tantum inde faciunt LXXV. & ita habetis tempus Chriſtiane tribulationis extractum de ipſo ſacro textu, ad quem Chriſtus remittit ſuos diſcipulos ad ſciendum tempora antichriſti propinqua.

Sed Templum poſt deſtructionem civitatis duravit per 3. annos & ſemis, qui debent addi ſuper prædictum numerum anni Domini M. CCC. LXX. & erunt anni Chriſti M. CCC. LXXIII. & ſemis. Et ſic videtis clarè quod citra annum Domini M. CCC. LXX. tribulatio incipiet vacuari, & orbis reparari. Annus autem Domini M. CCC. LX. ubi inchoatur, ad quinque annos eventus horribilis extrahitur ab oraculo miſi per præcedentem revelationem tranſmiſſo, quæ incipit, *Conſtat ſpiritus uſque: ſuper quo edidi quartum tractatum primi Offenſoris quod addeſſe ſolent tempora; ad quem in hoc loco remitto: annus autem Domini M. CCC. LXII. intra quem terminum & diem XV. Inſi fugiet Roma, na curia de hac Avenione peccatrice, extrahitur à venerabilibus prophetis Neapolitana & Beneventana, ubi Deus docet octo annos computari ab igne terris prope accento in capite anni Domini M. CCC. LIV. quintadecima die Inſi, qui octo anni non complebuntur: donec de Avenione fugiant Domini Cardinales.*

Quantum poſt eſt occidit grati veteri. go.

\* aliter eſt in Teſtamento.

Conſula hic ſunt omnia, exiſtentiæ partem verò ipſius rationis cratiſi incerta & juſticio præſentis.

\* Quantum nobis neque enim ipſus ſe.

Hæc ideo scripsi, ut sciant omnes quod non loquor futura, ut propheta, sed ut intellector, per lumen Christi, veritatis Spiritus prophetiarum scripturarum. Suscipite igitur, ad gloriam Christi, libronculum istum, ut vadat vobiscum in tribulationibus instantibus, ad aperiendum oculos mentis; ut possitis præcavere à malis tantis ac talibus tam proximis: quem, sicut omnes alios per me editos vel edendos, submitto correctioni Ecclesie sacrosanctæ Romanæ, ad gloriam Christi, & ejus matris semper Virginis, gloriolæ + Superfluo-  
titudinæ. Mariæ, & omnium sanctorum Dei, & præcipue † Seraphici vestri Patris, nostri Francisci, & ad consolationem simplicium Electorum. Amen.

Explicit libronculus iste intitularus *Vade mecum in tribulationibus.*

De hoc hemine vile Bzovii comiti, ad Baron, ad A. D. 1337, & Waddingi Biblioth. Minorem.

PETRI DE ALLIACO, CARDINALIS  
Cameracensis, *Recommendatio Sacræ Scripturæ*, in magisterio Theologiæ; unà cum ejusdem *Principio incursum Bibliæ*, præsertim in *Evangelium Marci*; & *Questione vesperiarum, de potestate Ecclesiæ*; & *Questione de resumpta.*

Juxta editionem Parisiensem A. D. 1500. in fine commentar. super  
1. 3. & 4. Sent.

*Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*: Scriptum est *Matth. 16.*

**M**agnus Ecclesie doctor *Augustinus* in libro de *Civitate Dei* duas describit civitates, duas signantes Ecclesias inter se diversas pariter & adversas: Una est civitas *Hierusalem*; alia est civitas *Babylon*. Una civitas est Ecclesia Dei: alia civitas est Ecclesia diaboli. Una ecclesia bonorum, de qua dicit *Psal. Lant ejus in Ecclesia sanctorum, Psal. 149.* alia Ecclesia malorum, de qua idem *Propheta, Oculi, inquit, Ecclesiam malignantium, Psal. 25.* Una est igitur supra Petram ædificata, quam *Philomita David* admirans alloquitur, \* *Gloriosa illa sum de te, Civitas Dei: sicut avdivimus, ita & vidimus † in Civitate Dei nostri, Deus fundavit eam in æternum*: Alia est super arenam fundata, quam idem *Propheta* videns abominatur. *Vidi, inquit, iniquitatem & contradiotionem in Civitate.* Et iterum, *Super murus ejus iniquitas, & labor in medio ejus, & iniquitas, & non desciunt de plateis ejus usura & dolus.*

Hæc sunt igitur civitates duæ: hæc sunt duæ Ecclesie sibi invicem adversariæ, & inter se plurimum contrariæ, quarum unam regit diabolus, aliam regit Christus. Unam diabolus ædificat super instabilem arenam: aliam Christus ædificat super stabilem petram, de ea dicens præmissam pro themate sententiam, *Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* Sed investigandum nobis est quæ sit hæc petra super quam ædificanda erat Christi Ecclesia, & adversus Ecclesiam diaboli confirmanda. Ubi ex variis sanctorum dictis magna oritur prolixitas questionis. Nam beatus *Augustinus* quodam loco in libro *Contra epistolam Donati* de apostolo *Petro* dicit, quod in illo tanquam in Petram fundata sit Ecclesia. Quem sensum in quibusdam verbis *Ambrosii* canimus, ubi de gallo & gallicano ait, *Hæc ipsa petra Ecclesie cuncte culpam debet.* Eundem quoque sensum legimus in quodam sermone de festo cathedrae sancti *Petri*, &c.

Adversus quem sensum *Augustinus* in pluribus aliis passibus aliter exponit hanc Evangelii locum. Nam libro primo de verbis *Donati* ita inquit, *Quia enim Christus petra, Petrus Christianus, id est Petrus à petra, non petra à Petro, sicut non à Christiano Christus, sed à Christo Christianus vocatur.* In eo ergo, inquit, *Petrus, & super hanc petram (quam confessus es, & cognovisti, dicens tu es Christus filius Dei vivi) ædificabo Ecclesiam meam.* Quasi dicat, super me ædificabo te, non me super te: hæc ibi; Et his similia alibi super *Johannem* sermone 124. & in homilia quadam de *transfiguratione Domini*. Licet autem ipsemet *Augustinus* libro primo *Retract.* cap. 21. quæ harum duarum sententiarum probabilior sit, electioni lecto-  
lis reliquerit, non tamen videtur quod in petra *Petrus*, sed in petra *Christus* sit intelligendus,

\* *Psal. 47. 2.*  
† In Civitate  
Domini videntur, in civi-

\* *Ambrosii*, [diluit.]

